

non destruis, non aliud quam te esse, & fieri hac rhetorica figura cum sub aliena persona suam sententiam proferunt? Funt illa ab oratoribus, cum aut offendere aliquos metuant, aut invidiam declinare cupiunt. Nam si tu te ex hoc defensum putas, quod in his dictis alium nomines, multo erit excusabilior ille quem infimulas. Nam ille non solum hoc in consuetudine habet, ut dicat alios ita dicere, & qui busdam ita videri: sed multo cautius dicit ille, de talibus se hoc non definire, sed opinari magis. Quod si alii melius videntur, dicit, ut his omis illa teneantur. Vide quanto illa cautione ius est: & tamen a te ad damnationem vocatur. Tu quia tantummodo alium nominas, effugie te putas. Ex his enim eum damnas, in quibus cum feueris & imitaris.

Sed progrediamur legendo commentarios, ne immorando per singula, excludamus ab agnitione plurimorum. Item ex eodem libro, de eodem capitulo ubi scriptum est: ut sumus in laudem glorie ejus, qui ante speravimus in Christo. Si speravimus tantum dixisset in Christo, & non praemisisti, ante speravimus, quod Græcæ dicitur *επεκτενται*, esset manifestior sensus, eos qui speraverunt in Christo forte vocatos, & esse prædestinatis secundum proppositum ejus, qui universa operatur juxta consilium voluntatis sue. Nunc vero praepositionis adjectio, id est, ante, ad illam non intelligentiam trahit, de qua superioris disputavimus, exponentes hoc quod scriptum est: Qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo: sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti & immaculati coram ipso: quod scilicet, sicut jam nos & benedixerat in omni benedictione spirituali in cœlestibus, & elegerat nos ante constitutionem mundi: ita etiam nunc sperasse ante dicamur in Christo, ex eo tempore quo electi & prædestinati & benedicti sumus in cœlestibus.

Hueque interim, que enim sequuntur majora sunt. Nunc ergo gratias ago Deo, quod me pondere gravissima suspicione relevavit. Fortasse enim videbar aliquibus de alio isto contentiosius vel calumniosius agere, cum secundum rhetoramicam figuram, istum quem dicit alium, ipsum perhiberem esse. Sed ne qua ulli auditorum nunc proflus dubitatio remaneret, quis esset iste alius, de quo superioris dixerat, declaravit. Tanquam vere bonus magister, & qui nullas velit ex dictis suis ambiguitates discipulis remanere, dignatus est in hoc loco illum, quem supra alium dixerat, evidenter quis esset ostendere. Ait ergo: Nunc vero praepositionis adjectio, id est, ante, ad illam non intelligentiam trahit de qua superioris disputavimus. Vides quia nos sumus, inquit, & non aliud nescio quis quem putabat, qui superioris disputavimus, exponentes illud quod scriptum est: Qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo. Et quod ibi ex persona alterius dictum, à minus intelligentibus putabantur: ne quis error his quos julerat ex istis libris quid de Origene sententiam suam noscere remaneret: ad suam personam nunc revocans, nec alium aliquem nominans, dicit ea quae superioris legitimus: quod scilicet sicut iam nos benedixerat in omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo, & elegerat ante constitutionem mundi: ita etiam sperasse dicamur in Christo ex eo tempore quo electi & prædestinati & benedicti sumus in cœlestibus. Absolut ergo me (ut puto) ipse suo testimonio omni suspicione calumniae, quod alius iste non sit aliud quam ille ipse.

Sed & majora adhuc ex consequentibus, sicut promisimus, ostendemus. Post hoc enim quod dixerat nos ante sperasse in Christo, & ex eo iam tempore, id est, ante constitutionem mundi, antequam in corporibus nasceremur, in corporis esse beneficatos & electos: iterum illum suum alium introduxit, & dicit: Alius vero hoc dogma non sustinens, quod ante fuerimus & speraverimus in Christo, quam in isto corpore degeneremus, illò intelligentiam transfert.

Hoc in loco omnem suum factorem quisquis ille est, iste ejus alius exhalavit. Dicat enim nobis hic, quem vult alium esse qui hoc dogma non sufferat, quod antequam in hoc corpore degeneremus, & fuerimus & speraverimus in Christo: hoc est enim pro quo damnari jubet Origenem. Quem vult hic alium intellexisse? an aliquem contrarium sibi? Quid dicuntur? Bicornis arcis magister? Bicorni illo urgeris, de quo exponere discipulis soles. Si enim hic alium istum qui ante fuisse animas quam in corpore degener non recipit, te esse dixeris: proditum est, quod in superioribus calabatur. Inveniris enim tua confessione alius ille tu esse, qui definit omnia dogmata qua-

Cantio Originis inproponendis opinionibus suis.

Hieronymi Commentarius.

Urgit Hieronymum Ruffinus ex dictis propriis.

damnari jubes. Si vero non es tu in superioribus alius, ne tibi ea quæ improbas ascribantur: nec hic tu eris alius qui non sustineas ante fuisse animas quam in corpore degeneremus, aut invidiam declinare cupiunt. Nam si tu te ex hoc defendis, quod in his dictis alium nomines, multo erit excusabilior ille quem infimulas. Nam ille non solum hoc in consuetudine habet, ut dicat alios ita dicere, & qui busdam ita videri: sed multo cautius dicit ille, de talibus se hoc non definire, sed opinari magis. Quod si alii melius videntur, dicit, ut his omis illa teneantur. Vide quanto illa cautione ius est: & tamen a te ad damnationem vocatur. Tu quia tantummodo alium nominas, effugie te putas. Ex his enim eum damnas, in quibus cum feueris & imitaris.

Sed progradiamur legendo commentarios, ne immorando per singula, excludamus ab agnitione plurimorum. Item ex eodem libro, de eodem capitulo ubi scriptum est: ut sumus in laudem glorie ejus, qui ante speravimus in Christo. Si speravimus tantum dixisset in Christo, & non praemisisti, ante speravimus, quod Græcæ dicitur *επεκτενται*, esset manifestior sensus, eos qui speraverunt in Christo forte vocatos, & esse prædestinatis secundum proppositum ejus, qui universa operatur juxta consilium voluntatis sue. Nunc vero praepositionis adjectio, id est, ante, ad illam non intelligentiam trahit, de qua superioris disputavimus, exponentes hoc quod scriptum est: Qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo: sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti & immaculati coram ipso: quod scilicet, sicut jam nos & benedixerat in omni benedictione spirituali in cœlestibus, & elegerat nos ante constitutionem mundi: ita etiam nunc sperasse ante dicamur in Christo, ex eo tempore quo electi & prædestinati & benedicti sumus in cœlestibus.

Sed parcamus, jam deferendum est literis: & ut ipse ait, Criminatio operi magno somnis non est ascribendus, quanquam ipse parcat nemini: & non tam ratione dictorum quam flagello linguit, quos libitum fuerit verberet. Et si quis minus adulabatur: continuo hereticus & scriptis & missis per diversum codicibus designetur. Tamen nos non ipsum, sed Patriarcham imitemur David: qui comprehensum in speluncam inimicum suum Saul, cum eum posset jugulare, noluit, Ruffinus percepit Hieronymo quem jugulare noluit.

Dicat ergo qui potest fieri, ut in superioribus illis, ubi ibi dogma confirmabatur ab eo qui justum Deum conabatur ostendere: ubi alium quem dixit, vere ne alterius persona fuerit talis, qualem nunc condemnari vult: hic vero ubi contrarius est: & non recipit que in superioribus dicta sunt, alium scipit dixerit: Potest enim fieri, ut confidus sibi sit, ita sensibili se cum feribet, licet styllo id non porrectus explicare. Sit ergo venia: & ponamus in hoc loco istum alium, hunc esse ipsum qui non recipit dogma, quod dicit anima fuisse antequam in corpore degeneremus, & sperasse in Christo.

Repetamus ipsum capitulum: & quo rursus tendat, diligenter prosequamur. Ait itaque: Alius vero hoc dogma non sustinet quod ante fuerimus, & speravimus in Christo, H. Hieronymi quam in isto corpore degeneremus: illò intelligentiam transfert, ut dicat in adventu Domini salvatoris, quando in nomine ejus ius.

omne genu flectetur, cœlestium & terrestrium & inferorum, & omnis lingua confitebitur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris: cum ei fuerint univerla subjecta, alios voluntate, alios necessitate subiecti: & eos qui ante presentiam majestatis ejus speraverint in eum, futuros esse in laudem glorie ejus & vocari *επεκτενται*: eos vero qui repeti fuerint necessitate credentes, ex tempore quo nec diabolus & angelii ejus poterunt negare regnamentum, esse sperantes, sed non in laudem glorie ejus: quod quidem & nunc ex parte videmus expleri: quia alia sit merces ejus, qui voluntate sequatur Deum, alia qui necessitate.

Verumtamen sive per occasionem, sive per veritatem tantum Christus annuncietur, dummodo sciat & sperans & ante sperans, quod pro diversitate spei diversa sint præmia receputi: omnis in hoc loco admittitur cavillationis occasio. In superioribus dixisti quod hi qui ante speraverunt in Christo: illi sunt qui antequam in hoc visibili mundo in corporibus nascerentur, spem in Christo haberunt in cœlestibus positi. Sed ne istud dogma tuum esse videretur, aliam introduxit expositionem: quia dicas ex tempore quo omne genu flectetur Dominum Iesum, universa creatura cœlestium, terrestrium & inferorum duobus modis erit subjecta: quidam voluntate,

Bicornis arcis magister? Bicorni illo urgeris, de quo exponere discipulis soles.

quidam necessitate. Et voluntate aës subjectos sanctos omnes qui per verba prædicationis modo ei credunt: & istos vocari *επεκτενται*, id est, qui ante speraverunt in Christo. Necesse autem subjectos, qui nunc quidem per prædicationem verbi non crediderunt: tunc autem jam negare non poterunt: sicut diabolus & angeli ejus, & qui cum ipsi necessitate crediderunt, quique omnes cum quibus & diabolus & angeli ejus, quia postea credunt, non vocabuntur ante sperantes: pro eo scilicet quod illi ante crediderunt in Christo: & speraverunt in eum voluntate: isti vero postmodum & necessitate. Et ideo aës diversa præmia recepturos. Præmia tamen ponis in his omnibus qui modo non credunt: id est, diabolus & angeli ejus, licet inferiora: & eum de cuius fola ponam aliquando veniam opinionem non sententiam alterius arguis, tu in regno Christi ad præmia secunda perducis. Et huius intelligi, quia sicut nihil interest utrum veritate, an necessitate Christus annuncietur: ita nihil refert necessitate an voluntate credatur.

Hæc sunt que nobis discere de commentariis tuis jubes. Itas nos regulas confusionis fidei doces: ut hoc damnetur in aliis quod domus dicitur. Nam unicus si tu es nunc alius qui primus dogma illud non sustines, quod animas in cœlestibus fuisse dicit antequam in corporibus nascerentur: tu es sine dubio qui diabolus & angelos ejus atque omnes incredulos, non solum venia donas: verum etiam secundum numerandos esse premiis polliceris. Si vero hoc secundum dogma refugis, tu eris primus illius dogmatis pater. Et miror quomodo isti prudentes & eruditis viri, qui haec ejus legunt scripta, de quibus nunc illa ab illo scribuntur, rideant de me, quod me talpam nominet: & non sentiant le magis ipsos ab eo talpam judicari, quos putat haec in suis libris non videre defossi. Si enim putaret eos legentes intelligere posse: nunquam ad condemnanda ea, que ipse magister docet, istorum librorum habere jussit exemplum: in quibus ea ipsa plenius & manifestius continentur, que condamnare nos suadet. Ostendimus interim istum ipsum afflere in istis ele-
Annis ferè
Commentariis suis ea que damnari in alterius libris jubet: id est, quod animæ fuerint in cœlestibus antequam in hoc mundo in corporibus nascerentur: & quod omnes vel peccatores, vel increduli cum diabolus & angelis ejus, eo tempore quo omne genu flectetur Iesu, cœlestium & terrestrium & inferorum, non solum veniam accipient: verum etiam in futuro seculo erunt: Ut per singulos profectus & honores, ascensiones etiam & defensiones, vel crescat alius, vel decrecat: & sub alia arque alia potestate, virtute, principiatus, atque dominatione fiat.

Sed magister (ut tuis recum verbis agam) post quadragesim annos quietas & simplices hæc Latinorum mentes doces: Cur novas voces quas ab Apostolis nemo suscepit, infestus auribus ingredi? Quæ te ut partes Romanis in medium profectus quod Petrus & Paulus edere noluerint? Usquequo tu haec scriberes, non usquequo ego interpretarer, ut doceas, sed usquequo tu haec ante quindecim annos Ante quindecim annos scriberes, fine his mundus Christianus non fuit: Quid enim decim ferè annos sciri modo doces, quod in futuro seculo adhuc ascensiones & annos sciri defensiones fiant: & proficiunt aliqui, & aliqui decrescant? Ergo illud quod dicas, in hoc seculo vita vel acquiritur vel amittitur, non est verum: an occultam habet aliquam interpretationem? Non enim pænitentiam agis pro his quæ in istis commentariis continentur.

Item quod Ecclesia unum corpus non solum ex hominibus, sed & ex angelis, & ex omnibus virtutibus cœlestibus intelligentiam sit: ex eodem libro, de eo capitulo, in quo scriptum est: Et ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam: post pauca: Non solum, inquit, hominum, sed etiam angelorum cunctarumque virtutum, & rationabilium creaturarum, Ecclesia intelligi potest.

Item quod animæ, quia in illa priori vita noverant Deum: modo eum non quasi ignotum cognoscant: sed quasi post oblivionem denio agnoscant: ex eodem libro ita dicit: Quod vero ait, in agnitione ejus, id est, *επεκτενται* quidam sic intelligunt, ut inter *επεκτενται*, hoc est inter notiōnem & agnitionem illud interfit: quod notio eorum sit quæ ante non scivimus & ea postea scire cœpimus. Agnitus vero eorum quæ postea recordamur: Et priorem quamdam vitam in cœlestibus suscipimus, postquam in corpora ista dejeasti & oblitus Dei Patris, nunc eum per revelationem cognovimus, secundum illud quod scriptum est: Reminiscetur & convertentur ad Dominum omnes fines terræ, & multa his similia.

Quod autem ait, quia quidam haec dicunt: puto me satius evidenter in superioribus edocuisse: quod si quando ponit, quia quidam haec dicunt, vel alius dicit, nec tamen ista quæ dicunt destruit, ite ipse sit quidam vel alius, maxime cum jam concordis hæc sententias absque illa hujusmodi interjectione personæ ab eo dictas frequenter ostenderit.

Sed quid adhuc est quod ei displicet in alio? Et astra, Sij

Angeli re fugie.

Tom. V.

Hieronymus.
inquit, vel cetera quæ in cœlo sunt, rationabilia dicit & delicii capacia. Videamus ergo quid ipse de talibus sentiat: ex eodem libro in eo capitulo, ubi scriptum est: Oportet enim eum regnare, donec ponat inimicos suos sub pedibus suis, post aliquanta: Potest, inquit, ita responderi: quod absque peccato nullus sit. Et fidera ipsa non sint munda coram Deo: omnino creature paves creatoris adventum. Unde crucifixus non solum ea que in terris sunt, sed etiam que in celis erant purgasse peribuerit. Item quod propter corpus humiliatis & corpus mortis, homines filii ira appellentur, ex eodem libro de eo capitulo, ubi scriptum est: Eramus natura filii ira sicut ceteri: post aliquanta: Nos vero, inquit, dicamus esse primum omnes homines natura filios ira propter corpus humiliatis & corpus mortis: & quod ab adolescentia mens hominum apposita sit ad malitiam.

Item quod prima sit anima factura: & deinceps corporis plasmatio: ex eodem libro sub eodem capitulo, post multa: Et diligenter, inquit, obserua: quia non dixit, ipsius figuratio fumus atque plasmatio, sed ipsius factura: plasmatio quippe originem de terra est limo trahit. Factura vero juxta similitudinem & imaginem Dei sumpsit exordium. Quod in centesimo octavo psalmo simul possum, diversa significat. Manus tua Domine fecerunt me, & plasmaverunt me. Factura primum locum tener, deinde plasmatio.

Quid adhuc aliud est quod condemnari vult? Dicatur id de ejus libris, in de ipsis corde proferamus. Quod enim inquit, unam natum & animalium & angelorum: molestum est hoc. Sed videamus quid ipse de hoc sentiat in his libris, quos nobis ad confessionem exemplum & ad credendi regulam ponit. Item ex eodem libro de eo capitulo, ubi scriptum est: Veniens evangelizavit pacem his qui longe, & his qui prope: & quod cum de Iudeis, & de genibus primis dictum expouisset: postmodum addidit haec: & haec quidem juxta vulgariter interpretationem dicta sunt. Ceterum qui illud Apololi legit, de Christo memorantis: pacem faciens per sanguinem crucis sue his qui in terra erant, & his qui in celis: & cetera que in eodem dicuntur loco, non putabat nos, qui juxta spiritum Israel vocamus, longe: & Iudeos, qui tantummodo Israel nuncupaverit in carne sūlī, prop̄. Et hanc totam intelligentiam ad angelos virtutesque celestes, & ad animas temperavit humanas: quod in suo Christus sanguine terrena & celestia copulaverit, que inter se diffidebant. Et bonus pastor moribidam ad montes reverans ovem, fecerit esse cum ceteris: drachmamque que perierat, drachmis que salvā fuerint copulaverit.

Hieronymus.
Vides quantum diversitatem naturæ facit inter animas & angelos? Quanta est, inquit, inter oves & oves: & inter drachmam & drachmas. Sed & post pauca addidit dicens: Quod autem air, ut duos conderet in semetipso in unum novum hominem: quod & magis videtur superiori de Iudeis & genibus sensui convenire, sic sua intelligentia coaptavit: ut dicat hominem juxta imaginem & similitudinem Dei factum, eamdem post reconciliationem formam recepturum: quam & nunc angeli habent & ipse perdidit. Novum autem hominem dicit esse, qui quotidie renovatur: & habitatur est in novo mundo. Sicut oves ab ove, & drachma a drachmis differunt: ita & animas cum angelis esse dicit: & eamdem formam quam nunc habent angeli, prius homo habuerit & perdidit, & hominem habiturum dicit in futuro.

Si natura, si specie, si forma non differat, quomodo nullus pudor est homini sua sententias sub alterius nomine condemnare? maximè cum hoc ita non secundum vulgatam expositionem, sed secundum Apostoli sensum dici debere decernas: Sed videamus quid ad haec in eodem loco additur. Post pauca sic inquit: Et instauracionem novi hominis tunc plene perfecte completam: cum cœlestia terrestriaque fuerint copulata: & in uno spiritu & sensu eademque sententia accesserimus ad patrem. Nescio quid tale & in alia Epistola, si quis tamē eam receperit, prudentibus quibusque lectoribus Paulus subindicat, dicens: Hi omnes testimonium fidei accipientes, non receperunt promissionem à Deo pro nobis aliquid melius providente: ut non absque nobis confundarentur. Propterea universa creatura congerimicet nobiscum: qui in tabernaculo isto congerimicimus: & condoleat, qui à timore Dei in utero concepimus & dolemus: & praefolatur revelationem filiorum Dei: ut de vanitate servitus,

cui nunc est subiecta, liberetur: & fiat unus pastor & unus gressus: & oratio Domini compleatur: Fiat voluntas tua, sicut in cœlo & in terra.

Cœlestia & terrestria: id est, angelos & homines, sicut ante unam formam geserunt, & unum ovile habuerunt, ita & in futuro dicis esse reparanda. Quia Christus venit utraque facere unum gregem: & hoc futuros homines dicis, vel quod nunc sunt angeli, vel quod ante ipsi homines, id est, animæ fuerunt. Et quomodo quæ te tam amice, immo jam nec amice, sed securiliter mulierculas irridebas, que cum plausu ventris & femoris, negarent se post resurrectionem in corpore iterum fragili futuras, sed similes angelis, vel idipsum futuras esse quod angelos? Et haec cum tanta irsifione dici a mulieribus arguis, que de tuis illis electis commentaris scripta proferuntur. Nunquid non hoc tibi tale videtur, quale si quis furti alium incusans, idipsum unde alium arguit in suo fini contegas futrum: & posteaquam latè peroraverit, & magnificè fuerit in vectus in furem, posteaquam testes produxerit, juris quoque jurandi dederit sacramenta, post haec omnia futrum ipsum pro quo alium jam se convicisse putaverat de sinu ejus extrahatur? Tum deinde arguis alios quod interrogati de talibus, non proprie, nec statim respondeant, sed cunctabundi & nutu magis quam verbo agant. Et hoc ipse de Apostolo dicit, quod nescio quid tale in Epistola sua prudentibus quibusque lectoribus subindicat. Si Paulus non indicat, sed subindicat: & non quibuscumque, sed prudentibus, nos miseros quid irrides, & noſter penitens: si quod Apostolus non manifeste prouit: aut nescire, aut dubitare nos dicimus: & non tam intelligere, quam subintelligere: & ideo non tam indicamus, sed subindicamus? Jam si tibi revelata sunt illa que oculus non vidit, nec auris audivit, & in cor hominis non ascenderunt: si tibi venit quod perfectum est, & destrutta tibi sunt ea que ex parte sunt: clama de his & predica, & que Apostolus subindicasse dicit, tu indica: qui non solum ea que subindicata, verum & que confirmata ab eo scribis esse, nunc damnata. Hec enim omnis que nunc anathematizari jubes, dum Apostoli dicta exponis, astruxeras: & tamquam illus sensibus haec inserta esse docueras. Quid adhuc aliud est quod damnare cetera jubes? Quod corpus hoc, inquit, carcerem & vincula esse animæ dicunt: & ipsam animam non ire afferunt, sed redire quasi ad ea loca, ubi jam ante fuerat.

Proferamus ergo & de hoc quomodo ipse senserit, testimonia. Ex istis ipsis commentariis libro secundo, ex eo capitulo, ubi dicit: Hujus rei gratia ego Paulus vinculus Iesu Christi: post pauca: Quia in pluribus, inquit, locis scriptum est: vinculum animæ corpus hoc dici, quod quasi clausa in carcere teneatur, dicimus propterea Paulum corporis nexibus coeteri, nec reverti & esse cum Christo: ut perfecta in gentes per eum predicatione compleatur.

Item de eadem re, ex eisdem commentariis, libro tertio, capitulo ubi dicit: Pro quo legatione fungor in catena: post aliquanta per illum iterum suum alium qui ipse est, ita dicit: Alius vero propter corpus humiliatis & ceteram istam qua circumdatur, & nec dum scimus secundum quod oportet nos scire, & per speculum videntes in enigmate: ita eum dixisse contendit: Et tunc vere posse in confidentia Evangelii aperire mysteria, cum ceteram depofuerit, & de carcere liber exire. Ni forte & in vinculis absque vinculis computandus est, qui conversationem habet in celis, & de quo dici potest: Vos autem in carcere non effis, nec in carne, sed in spiritu, si tamen Spiritus Dei habitat in vobis.

Item de eadem re, ex commentario Epistola Pauli ad Philippienses sub eo capitulo, ubi ait: Salutat te Ephras captivus meus: post aliquanta: Nisi forte reconditum aliquid & sacramentum, ut quidam putant, in verbo captivitatis offendit, quod capti pariter & vinciti, in vallem hanc deduci sunt

Hieronymus.
Vides quomodo haec tamquam mystica & sacrata dicit haberi apud quodam: quorum tamen & ipsum unum esse, in multis lèpe docimus: sed ut figura per quam scientia mystica videatur invidiam declinare. Haec, inquit, quomodo se habeant videntis. Nunquid & omnia restituenda esse in unum statum, arque in unum corpus reintegrando, non solum homines, sed & dæmones & angelos refugas, dictum à me potes referre? Vis mihi, inquit, non fiat, si quod ex alterius persona dixi, alterius sit: si quid sane exinde dictum, ac

nullius interjecta persona scriptum legeris, hoc mihi merito debet ascribi. Et quid omnes istos effundimus quos superius desudavimus agones? Tantum valet frontis duritia.

Sed age fiat, acquiescamus etiam in hoc non ut res, sed ut ipse, postulat convincatur. Ex his commentariis libro secundo de ea re quam proposui sub eo capitulo, ubi scriptum est:

Hieronymus.
Solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis, unum corpus & unus spiritus, sicut vocati eis in una spē vocatiois vestra: post aliquanta: Queritur, inquit, quomodo una spē vocatiois sit, cum apud patrem diversæ sint manentes? Ad quod unam spē vocatiois regnum cœlorum, quasi unam domum Dei Patris esse dicimus, & in una domo plurimas mansiones. Alia enim gloria solis, alia gloria Lune, alia stellarum gloria. Aut certe illud subtilius indicatur, quod in fine & in confusione rerum, in primitum statum restituenda sint omnia: quando omnes unum corpus efficiemur: & in virum perfectum reformabimur: & oratio in nobis salvatoris implibut: Pater da, ut quomodo ego & tu unum sumus, ita & isti in nobis unum sint.

Accepitis & hanc ejus de resurrectione omnium absque ulla ambiguitate sententiam: accipite & aliam & tunc concludam apologie nostrae primum volumen. Innumeræ sunt enim ejus dicta de talibus.

Item ex eodem libro sub eo capitulo, ubi scriptum est: Ex quo totum corpus compactum & conglutinatum per omnem juncturam subministratio, secundum operationem in mensuram uniuscujusque membra, argumentum corporis facit in adificationem sui in charitate, sic capi: In fine rectum cum Deum videre ceperimus facie ad faciem, & in mensuram pervenerimus. Atatis plenitudinis Christi: de cuius plenitudine nos omnes accepimus: ita ut Christus non ex parte sit, sed totus in nobis, & relictis initis parvulorum, creverimus in eum virum, de quo Propheta dicit: Ecce vir, Oriens nomen est illi: & Joannes Baptista commemorat: Post me veniet vir qui ante me factus est, quoniam ante me erat: Tunc in oculis unius fidei, & unius agnitionis Filii Dei: quem nunc pro varietate mentium, non una nec eadem fide agnitionis cognoscimus: totum corpus quod prius dissipatum fuerat & in diversa laceratum, in suam compaginem juncturamque redigetur: ita ut una subministratio eademque operatio & unius atatis confusimata perfœctio, totum faciat crescere corpus æqualiter, & omnia membra juxta mensuram suam incrementum atatis accipient. Hoc autem tota adificatione, per quam Ecclesia per partes corpus augebitur, mutta in se charitate complebitur. Totas rationabilem creaturas sub unius rationabilis animali intelligamus exemplo: & quodcumque de hujus membris dixerimus & partibus, hoc sciamus esse referendum ad unamquam rationabilem creaturam. Putemus hoc animal ita per artus, venas, carnesque laceratum: ut nec os offi hæret, nec nervus junctatur ad nervum, separatum oculi jaceant, scorsum nates, manus alium locum teneant, in alium projecti sint pedes, & reliqua membra in hunc modum inter se dispersa sint & divisa. Fingamus aliquem venire tante scientie medicum, qui juxta fabulas ethnicorum Asculapium possit imitari: & novam figuram novumque hominem Virbiūm susciperetur: & angelus refugia supra Petrum & Paulum exaltetur, cui ipsi ad paradisum, utpote homines postponendi sunt: ille autem in id quod ex initio creatus est reparetur, ut sicut omnes simul Ecclesia primitorum in celestibus: & sicut dum in officiis quidem singulis quibusque sunt membra Christi. Universitas vero cunctorum perfectum Christi sit corpus. Hæc tenentes oī fideles prudentesque discipuli, & istas meas indubitantes definitiones custodiens, Origenem tamen pro his ipsis dictis condemnantes bene ageris, valete.

Nazianzenus & Didymus ambo magistri Hieronymi. Hieronymus.
Vides quia totum cum irsione agis: & poniere te ideo dicis, ut fallas eos quibus scribis: Nam & si vere te poniatur, ut debet, quid facies propter omnes illas animas quas per tot annos hac tua tamen venenata, ut ipse ait, doctrina decepti? Denique quis inquam per tuam penitentiam emendabitur: cum iste ipse libellus, in quo & poniens & accusans & iudex es, auditores tuos rursum ad haec ipsa & legenda & tenenda transmittat? Ad ultimum etiam si haec ita non existat: ipse tamen tibi etiam post penitentiam, omnem adiunxit preclausi. Ait etiam ipsum Origenem pro his dictis penituisse, libello penitentia ad Fabianum, tunc Fabianum. Libellus Ruffinus.

Supponit Hieronymus ad Ruffinus.
Sicut etiam in officiis quidem singulis quibusque sunt membra Christi. Universitas vero cunctorum perfectum Christi sit corpus. Hæc tenentes oī fideles prudentesque discipuli, & istas meas indubitantes definitiones custodiens, Origenem tamen pro his ipsis dictis condemnantes bene ageris, valete.

Libellum Ruffinus.
Vides quia totum cum irsione agis: & poniere te ideo

dicis, ut fallas eos quibus scribis: Nam & si vere te poniatur, ut debet, quid facies propter omnes illas animas quas per tot annos hac tua tamen venenata, ut ipse ait, doctrina decepti? Denique quis inquam per tuam penitentiam emendabitur: cum iste ipse libellus, in quo & poniens & accusans & iudex es, auditores tuos rursum ad haec ipsa & legenda & tenenda transmittat? Ad ultimum etiam si haec ita non existat: ipse tamen tibi etiam post penitentiam, omnem adiunxit preclausi. Ait etiam ipsum Origenem pro his dictis penituisse, libello penitentia ad Fabianum, tunc Fabianum. Libellus Ruffinus.

Quot anni post centum & quinquaginta annos mortis sua in jus eum ab Origenis morie.